die 30 8bris. Ziechawszy Ichmć PP. Kommiſſarze Konfederacyi do OO. Jezuitow mieli swoię prywatną Sessyą, do ktorych nadesli Ichmć PP. Hetmani Litewscy cum expostulatione, aby Circumscriptio Ichmciow y Przysięga mogła w niektorych Punktach mollificari, osobliwie, aby non in quovis foro, ale tylko tam, ubi Bona Ichmciow consistunt respondere obligowani byli, także aby non excludantur od Elekcyi Krolewskiey. Na pierwszy Punkt stanęła mollificatio ad Satisfactionem Ichmciow, w drugim zas absolutè niechcieli Ichmć Kommiſſarze relaxare.

Przybyli potym Ichmć PP. Plenipotentiarij J. K. Mci, za przybyciem ktorych, kazano wszystkim Arbitris, etiam Sekretarzem ustąpic, a tylko sami Sekretnie Materyą iakąs traktowali. Po utraktowaniu ktorey rewokowano Sekretarzow, y bez zabierania głosow, iednostayny zaszedł Assensus podpisywać Proiekta na Wczorayszym dniu umowione, to iest Articulum determiny Konfederacyi Sandomirskiey y Executorialem alias finalem. Ktore gdy podpisane były, JmX. Biskup Kuiawski instabat, aby Supplementum ad Punctum Religionis, respectem Koscioła Farnego Gdanskiego y innych praejudiciorum, o ktore iuz tak wiele Seymowych y Zadwornych Dekretow zaszło, chcieli Ichmć podpisać, ktore gdy czytano, visum wszystkim Ichmciom tak sprawiedliwą rzecz podpisać, y gdy nie mieli zadney inszey Materyi do traktowania, deputowali Ichmć Kommiſſarze Konfederacy è medio Sui Ichmciow PP. Starostę Kopanickiego y Kasztellanica Przemskiego, aby z JmX. Biskupem Kuiawskim ułozyli Ordinem Artykułow terazniejszego Traktatu iako ktory po ktorym ma następować. Ktorzy Ichmć wieczorem z JmX. Biskupem perficerent Ordinem wszystkich Proiektow in Articulos
Ao ktore na Oryginał do podpisu dane są Sekretarzem do przepisowania.

Articulus Finalis.

videatur in Tractatu

Pacem internam taliter conclusam Plenipotentiarij Partium Paciscentium juxta formulas mutuo inter se concertatas à Principalibus Suis ratihabendam, Instrumentaq Originalia à die subscriptionis

praesentis Tractatus intra spatium dierum computandorum ad invicem exhibere ac reciproce sibi reddere appromittunt.

§. 1mus Post subsecutam hujusmodi Ratificationem ac reciprocam Instrumentorum commutationem ex una Parte Executio Evacuationis die ex altera autem Executio Exvinculationis seu Dissolutionis Militarium Confaederationum immediatè scilicet die infra scripto modo succedent. Mareschalli Militares, nec non Regimentarij omnes, nullo excepto, Exercituum Regni Poloniae et MDLittae eâdem die, quâ subscribent Ratificationem istius Tractatus per Literas Suas tam ad Sam Ram Mttem quàm per secrsivas publicasq ad exercitus, omnesq Milites datas, Officijs ac Regiminibus Suis quibus hactenus fungebantur renuntiabunt totaliter, simulq praedictos omnes Exercitus absq ulla reservatione vel tergiversatione sub quovis praetextu vel colore resignabunt, ac restituent sub Commendam ac Supremam directionem Sae Rae Mttis. Quae Sa Ra Mttas non solum, per Literas suas Universales eo Nomine per Regnum Poloniae et MDLittae publicandas, nec non per alias Literas vulgò nuncupatas Przypowiednie Listy, novum Computum ex vetere Exercitu ad psens constitutum manutenebit, illumq ad Executionem perducet, verum etiam eosdem Exercitus ad novum Computum reductos tam diu per Regimentarios à se electos gubernabit, quousq Generales et Campi=Ductores utriusq Gentis Juramenta sibi per Tractatum praesentem praescripta, non expleverint.

§ 2dus Interim praefati Mareschalli Militares Substituti, nec non Omnes Regimentarij Regni Poloniae et MDLittae, dimissis ac depositis Suis gubernijs, ac functionibus absq omni mora ad Latus Sae Rae Mttis, documenta fidelitatis Suae demonstraturi accelerabunt cum Comitatu tamen non nisi per Leges publicas permisso: Non tantum vero omnibus Supradictis, verum etiam Consiliarijs, Commissarijs, Generalibus, Colonellis, alijsq tam in generali, quam in particulari, qui in praedictis Exercitibus in huncusq militabant, tum vice versa omnibus Generalibus, Colonellis, alijsq Officialibus et Militibus qui à Partibus Sae Rae Mttis stabant, omnimoda Securitas tam quo ad Personas, quam quo ad Bona, Fortunas et honores psenti Tractatu cavetur.

§ 3tius Similiter Mareschalci Generales Confoederationum Regni Poloniae
ac M.D.Littae, nec non Mareschalci Particulares Consiliariiq[ue] omnium
Palatinatuum Terrarum ac Districtuum die   Varsaviam
in Comitatu tantum à Legibus praescripto venient, Comitia Generalia
justa Articulum Convinculationis concertata, expedituri, pacificatio-
nemq[ue] integram, solidam, ac generalem Reipublicae prosemper simul
cum S.a R.a M.te stabilituri, ac confirmaturi.

§ 4tus Quemadmodum verò Pax praesens in pede ac fundamento Pactorum con-
ventorum aliarumq[ue] omnium Legum fundamentalium inter S.am R.am M.tem
ac Ordines Statusq[ue] Reipublicae stabilita est, ita Partes Paciscentes, pro
Praesidio ejusdem Pacis praedicta Pacta conventa, aliasq[ue] omnes Leges et
Constitutiones fundamentales in futurum accipiendo ad majorem Secu-
ritatem omnium et singulorum Articulorum in hoc Tractatu convento-
rum decreverunt, ut totalis haec Transactio non solum inter Constitutio-
nes Regni ac M.D.Littae statim in Comitiis immediatis inseratur, verum
etiam sit domestica, Patria, nec non perpetua ac Cardinalis Reipu-
blicae Lex, obligans tam praesentes quam absentes cujuscunq[ue] Ordinis
Praeeminentiae, Dignitatis vel Conditionis absq[ue] ulla exceptione Perso-
nas, atq[ue] ut ab omnibus Ordinibus, Magistratibus, Ministeriis, Con-
siliis, Judiciis, Statibusq[ue], tanquam Regula ac norma administrandae
posthac liberae Reipublicae praescripta observetur, et omninò impleatur.

§ 5tus Eoq[ue] fine quaecunq[ue] et à quocunq[ue] contra hanc Transactionem aut ali-
quem ejus Articulum vel Clausulam, Manifestationes, Protestationes,
Contradictiones, allegationes Jurium aut Consvetudinum, omnesq[ue] alias
excogitabiles exceptiones, pro nullis, irritis et inadmissibilibus decla-
rantur, ac contra eos, qui huic Conventioni Tranquillitatiq[ue] publicae
per se, vel alios, clam vel palam, directè aut indirectè Operâ aut
Consilio contravenire, Executionem earundem impugnare aut im-
pedire ausi fuerint, poenâ fractae Pacis tam jure coram Judiciis per
praesentem Tractatum destinatis, quam defacto per Nobilitatem
vigore Literarum Regiarum à S.a R.a M.te motum, tanquam contra Viola-
tores Legum et Hostes Patriae irremissibiliter vindicanda decernitur.

§. 6tus Eadem pœna fractæ Pacis simili modo extendenda contra illos declaratur, qui posthâc cum Externis Principibus vel hostibus Patriæ Correspondentias fovere vel ablegationes aut Missiones ad eos sub quocunq̀ pretextu palam vel clam expedire præsument: Exceptis tamen Commertijs ac necessitatibus privatorum cum Confinantibus intervenientibus.

In quorum fidem hoc Instrumentum Pacis à Mediatore, ac Supradictis Plenipotentiarijs uniuscujusq̀ Partis propriarum manuum subscriptione, Sigillorumq̀ appositione munitum roboratumq̀ est Varsaviæ &c:

Articulus Cassatorius Confœderationis Sandomiriensis

Postquam sufficiens ab intra et abextra per Leges præsentis Tractatûs sit provisa Securitas Mtti et Libertati in futurum, Confœderatio Generalis Sadomiriensis die 20 Mensis Maij Anno 1704 stabilita, quamvis juxta tenorem suum usq̀ ad finem belli externi cum Corona Suetica deberet durare, nihilominus propter restituendam plenariam ex integro formam Reipublicæ veterem, in Comitijs Ordinarijs generalibus primitive ac principaliter existentem, tranquillitatemq̀ publicam eo firmius et exactius manutenendam, modernâ Conventione resolvitur ac determinatur finaliter cum... mansura tamen apud S.R.Mttem Ordinesq̀ Reipublicæ gloriæ et meriti pro se, et Mareschalco suo constanti et invicto Mttis ac Libertatis Assertore gratitudine in ævum.

die 31 8bris. Zrana kombinowano niektore Supplementa do Traktatu należące iako to Ordynacyą Sądow y przysiąg do nich. Po Obiedzie zas Ichmć PP. Plenipotenciarij Konfederacey mieli między sobą Konferencyą w Collegium u OO Jezuitow.

die 1ma 9bris. Dzien Niedzielny y Wszystkich Swiętych, lubo Sessyi publiczney nie miał, do kombinacyi iednak Proiektow privatim nie przeszkodził. Sekretarze takze według uczynioney regulacyi spiesznie przepisowali triplicia Instrumenta Tractatûs do podpisu, dwa pro Partibus à trzeci dla Xcia Jmci Dolhorukiego ktory się go dopominał, allegando że taki ma odsyłać Jmci Ordynans.

die 7. 9bris [da]

Wygotowawszy trzy Instrumenta pro Originalibus zeszli się wszyscy po Obiedzie na Sessyę, gdzie JmX Biskup wyrazit: ze Kombinowawszy Articulos z JmP. Starostą Kopanickim ex Mente Collegi pacyscentium wygotować rozkazał Instrumenta, które przeczytać życzył.

Jm Pan Woiewoda Podolski, przed czytaniem doponinał się, aby ieżeli Armistitium wyidzie przed Ratifikacyą, żeby postaremu była obserwowana Ordynacya Jego in Spem pacis.

Na co JmP. Feld Marszałek zezwolit wzaiemney potrzebuiąc w tym satis fakcyi, et visum est Proiekt iaki między sobą w tey mierze umowie.

Potym przystąpiono do czytania Instrumentorum, konfrontuiąc oraz z Oryginalnymi Proiektami in antecessum umowionymi y podpisanymi ab utrinq.

In tractu czytania przymawiano się leviter do niektorych Punktow, ale quod placuit semel, nie godziło się vocare in dubium. Przecież ex occasione przysięgi Hetmańskiey gdzie iest wyrażono, że pod czas Elekcyi Woysko y sami Hetmani maią contineri na granicy instulit Jm Pan Woiewoda Podolski, że Ichm. PP. Hetmani deprecantur han clausulam aby od Elekcyi non excludantur. Responsum że tego iuż Pryncypałom swoim kommunikowali, ktorzy approbarunt, a zatym bez dołożenia się ich nie odmienić nie mogą.

Visum tedy zostawić rzecz w Instrumencie iako iest, a Ichmść PP. Marszałkom donieść to desiderium Ichmsc PP. Hetmanow, deklaruiąc że ieżeli assensus zaydzie, gotowi meliorować.

Potym kazano czytać, y po przeczytaniu iuż o siodmey w noc visum est differre podpisy do jutra, ex quo Illa Mediatora nie było, y tak soluta Sessia.

Prorogatio Armistitij

Cum indies proximior assurgat Spes Pacis, ex Consensu Partium praecavetur, quatenus non obstante expiratione Armistitij die 7. 9bris incidentis, Exercitus omnes ex una et altera Parte Vistulae in eadem distantia à Residentia Sacrae Rae Mtis se se contineant, aut longius pro[p]ter commoditatem recedant, expectentq ulteriora Mandata. Deniq quatenus Mareschali, Regimentarij Generales, caeteriq Commendantes sub praetextu expirantis Armistitij nova gravamina Incolis non inferant ab utrinq hostilitatesq prorsus ullas non exerceant, sed Articulos Armistitij Lublinensis implere et observari studeant etc.

6